

Bijlagen

Bijlage I.

Brief van Karel van Sint Omaars aan Clusius, geschreven op 14 december 1567.

Sender	Omer, Charles de Saint
Receiver	Clusius
Date of sending	1567-12-14
Place of sending	Moerkerke
Place receiver	Mechelen
Language	lat
Annotation	Photocopy in the Berends collection
Annotation	Edition: published by Hunger; Berends dossier includes Dutch translation
Location	Leiden, UB
Shelfmark/Specific.	VUL 101 / Omer, C_001
Clusius number	CLUY237-001

Domine Clusi Dominus a Drenoutr plurimam tibi salutem dicit, isque me rogavit ut ad te ipsius nomine perscriberem se Dei beneficio, uti sperat, iam liberatum gravissimi difficillimique morbi discrimine, immo fere iam convaluisse, ita ut dum nuper adessent D. D. N. N. a Daue et Dargenteau non solum convivio subinde interfuerit, etiam per totum tam caenae quam prandii tempus mensae assidens, sed et coelo se committere ausus primum ad templum, postea et in hortum delatus sit, quod ille tibi omnino significatum voluit, quod persuasum haberet, te pro tuo in ipsum animo, non minus de restitutione gavisurum quam te hinc discedentem de valetudine eius tantum non deplorata laborasse ac sollicitum fuisse intellexerat. Meminit te sibi laboranti inter caeteros adfuisse, fuitque presentia tua ipsi longe gratissima, ita tamen ut hoc tempore et iam convalescenti eo gratiorem futuram intelligas, quo cum ad alia magis usui fuerit tum potissimum ad recipiendum pristinas non tam corporis quam animi vires plus allatura momenti videatur. Nosti enim quam nihil possit ipsi contingere iucundius optatusque solita illa studiorum suorum tecum communicatione qua in parte tu fere solus ipsi satisfacere potes. Hinc est quod a me petiit ut tibi per hasce ipsius nomine indicarem, fore ipsi longe gratissimum, si, quod absque incommodo tuo et sine instituti quod prae manibus habes, ut sic loquar, retardatione vel remora fieri possit, et nisi quid aliud gravioris negotii te isthic detineat, ubi primum licebit ad ipsum excurras tantundem apud ipsum haesurus quantum operis a te instituti ratio patietur, etsi nisi ad dies conpluscus, ita tamen ut scias sumptus a te itineri conficiendo impendendos ab ipso rependendos. Quod ad operis illius de plantis rarioribus vel nondum exhibitis a te instituti inscriptionem attinet, salvo iudicio tum tuo tum aliorum meliori, quando nulli certo ordini aut methodo hac in re te astringere velle videris, non alio titulo aptius inscribi posse censeat, quam Centuriae plantarum rariorum etc., ita ut opus in Centurias primam, secundam, tertiam etc. distinguatur. Sic enim liberum tibi fuerit semper addere novam centuriam vel plures prius editis earum herbarum quas te postea continget observare. Thyni ramusculum quem nuper misisti curavit a Jacobo depingi, hunc cum non perperam alteri illi Thyno hispanico, quam Dominus pridem habet et cuius non penes te est, adiungi posse existimet, si ita videbitur et huius posterioris iconem quam primum ad te mittet. Itidem te iconem Arisari alterius florentis necdum a quoque exhibitum, qui dum hic postremo esses, in manibus pictoris erat. Remittit dominus horologium illud suum Mechliniense restituendum ex arbitratu artificis quod non nisi appensum moveatur, reclinatum vero sive supinum sive pronum cessat; id uti quam primum a te curetur rogat. Stipendium annuum quod artifex a fratre meo stipulatus est Dominus quoque ipsi lubenter collaturus est, idque eo lubentius, quo minus frequenter ultro citroque mittendum fuerit

ut restituatur curet. itaque ita summam adhibere manum ut vel nunquam si fieri possit aut certe quam rarissime remitti opus sit. Siquidem dum isthic es Lovanium te accedere contingat aut si qua potes alia ratione, rogat te dominus ut dispicias sicubi reperire queas sacerdotem aliquem non illiteratum, ac si fieri posset, rei herbariae, si minus peritum saltem studiosum, qui pari stipendio annuo, quo is qui postremo hinc discessit contentus (quod fuit novem plus minus librarum flandricarum et victus quotidiani) se velit in domini familiam dedere futurus illi a studiis rei herbariae, non defraudandus insuper meliore conditione in posterum, si domini expectationi hac in re satisfacere contingat. Branchionem a Domino plurimum salvere iubebis, quem et meo nomine salutatum velim. Tu quoque et a me ex animo salutatus, a Domino et a me quam optime valere iuberis. E Moerkercka XIII Decembris MDLXVII.

Ut intelligas haec et rogatu et ex mandato domini ad te perscripta, qui propter valetudinem necdum satis firmam his sua manu describendis sufficere non potuit, propterea mea ad hoc opera usus, ipse propria manu hasce subscripsit.

Tuus ex animo C. A DIVO ODOMARO.

A maistre Charles de Lescluse mon tres bon amy, au logis de maistre Rembert Dodoneus docteur en medicine

a Malines.

De brief wordt door Clusius als volgt geannoteerd:

1567 Car. a s Audomaro / Moerkerca 14 Decembr. / Accepi Mechliniae 18 eiusdem / Respondi ibidem statim

Bijlage II

Brief van Clusius aan Crato, geschreven op 27 april 1566.

Clarissimo viro domino doctori Joanni Cratoni, medico caesareo, domino suo plurimum observando.

Augustae.

S. Quod serius ad tuam epistolam respondeam, clarissime vir, ne negligentia factum putes. Sed cum ea mihi redderetur, jam itineri Bruxellam accinctus eram, in quod decem dies insumpsi. Salutavi enim eadem opera Dodonaem, apud quem triduum haesi. Edidit ille hac hyeme, cum integram ob nimias occupationes non posset, historiae plantarum latinae partem, reliquas per otium communicaturus. Exemplar mihi dedit ad te mittendum, sua manu a mendis, quae per operas typographicas irrepserant, repurgatum: rogatque ut boni consulas tenue munusculum.

Meam epitomen habebis proximo mercatu Francofordiano, Deo favente, atque etiam, si fieri possit, eodem tempore Plantarum Centuriam dabo. Utriusque exemplar ad te curabo, ne sis sollicitus. Sed quod pretii mentionem injicis, facis mihi injuriam. Non convenit enim inter amicos.

Do nostris rebus a domino Joanne Redigero te omnia audire puto, nam certum est diligenter ad eum perscribi. Cui etiam exemplar postulatorum Belgicae nobilitatis missum erat, sed in itinere periisse intelligo, quoniam tabellarius in latrones incidit. Eadem latino sermone reddideram petente D. Materno, ut domino Nicolao mitterentur, verum cum Gallicis perierunt. Hispanicae inquisitionis saevitia nostros magnates, qui in Hispaniam, ut postulata nobilitatis regi exponerent, profecturi erant, adhuc hic retinet; aliorum enim periculo commoniti, non temere se in manifestum periculum conjicient, praesertim apud regem de rejicienda inquisitione, aut in Belgicum non admiitenda, verba facturi. Satis adhuc quieti sunt hic omnia, et rogandus nobis est Deus, ut pacatum et tranquillum hujus provinciae statum esse velit. Vicinorum enim exemplo satis sumus commoniti, quam periculosae imo perniciosae soleant esse hujusmodi mutationes subitae.

Dominum Hubertum, atque etiam dominum Sambucum, modo isthic sint, velim meo nomine salutes. Literas aliquoties ad utrumque dedi, sed a neutro responsum fero. Bene vale. Antverpia intra triduum Brugas rediturus. 27 aprilis 1566. Salutat D. Dodonaeus.

Tuus semper

CAROLUS CLUSIUS A.

Bijlage III

Brief van Karel van Arenberg aan Clusius, verzonden uit Brussel op 27 januari 1595.

Monsieur Clusius. je veulx esperer que par mes precedentes aurez entendu le plaisir et contentement que je prendz aux fleurs et herbes, et comme depuis j'ay achapte le livre de feu Monsieur Ranoutre, lequel je desireroys mectre en bon ordre selon la methode de L'Alecampus et que j'ay ja commenche a faire aincy que le porteur de ceste vous dira mieulx et que je voy qu'avez rendu grand debvoir audit livre dont tous les feuilletz sont inscriptz et quotisez de vostre main je vous prie bien fort comme amateur principal de cest exercice que me veuillez faire le plaisir de m'advertir particulierement comment et par quel ordre et rigiement avez besoigne sur lesdits livres et a quelle perfection vostre intention a este de la mectre, me tenant asseure que cela nous donnera une grande instruction et aydera beaucoup pour avecq plus de facilite venir a chef de cest oeuvre lequel sera bien et fort a l'advantaige de tous hebaristes comme poulrez bien considerer. Et si en cas il y a par dela quelques plantes paites au vif que ne sont audit livre je vous prie aussy m'en voulloir faire part comme pareillement de voulloir faire paigndre au vif de toutes sortes de fleurs ou herbes que se puissent trouver par dela aux dunes et dont ne sommes icy pourvez et nommement de plusieurs sortes de animomes que j'entendz se rencontrer par dela et finalement que me veuillez tant favoriser que de me faire part et envoyer quelque plante de chasque sorte desdits animomes, ensemble de toutes nouvelles ou aultres fleurs se trouvang par dela et point icy. Enquoy me ferez ung singulier plaisir pour recompense duquel me fauldray de reciproquement vous faire participant de tout ce que desirerez recouvrer par delha en y rendant toute paine et quant a ce que poulront couster toutes lesdites plantes ou fleurs que je desire avoir paites au vif, je procureray faire compter les deniers soit en Anvers ou par dela la ou le signifierez audit porteur de ceste. Et en oultre seray bien ayse de vous rendre plaisir et amitie en toute aultre chose la ou se presentera l'occasion. Sur ce me recommandant de bien bon coeur a vostre bonne grace je prie le Createur vous voulloir impartir Monsieur Clusius en sante la sienne.

De Bruxelles le 27 janvier 1595.

Votre bien affectionne a vous complayr

Ct Charles D'ARENBERGHE.